

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Eucharistia f
cum fontibus primis

Hoc sacramentum
non in merito consecrantis sed in uerbo
efficitur creatoris,

nec bonorum dispensatorum meritis
ampliatur, nec malorum attenuatur.

Augustinus de ecclesiasticis dogmatis.

Quia
non in merito consecrantis sed in uerbo
efficitur creatoris
et uirtute Spiritus Sancti, ut caro Christi
et sanguis, non alia quam quae de Spiritu
Sancto creata est, uera fide credatur et
spirituali intelligentia degustetur.

Paschasius Radbertus, *De corpore et
sanguine Domini*, 12 (CCCM 16, B.
Paulus ed., pp.76-7, ll.8-11).

Sive ergo per bonos, sive per malos
ministros intra Ecclesiam dispensemsetur,
sacrum tamen est, quia Spiritus Sanctus
vivificat;
nec bonorum dispensatorum meritis
ampliatur, nec malorum attenuatur.

Petrus Lombardus, *Sententiae in IV.
libris distinctae*, 4, 13, 3 (*Spicilegium
Bonaventurianum*, editio tertia, p.312,
ll.14-17).